



Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii

Aufréri, Étienne

Leodii, 1702

10 Fallentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63069](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63069)

5. ubi gloss. dicit idem, cum Clerici volunt fidem subvertere, 8. *distinet. cap. quo jure* 17 *distinet. cap. nec licuit* 23 *qu. 5. cap. 1.* Et idem cum Clerici schisma faciunt, & dum contemnunt excommunicationem, ut in *cap. de liguribus. ea cau. & qu.* Et ubicunque Ecclesiastica potestas deficit in *d. cap. princeps* & in *cap. ut fama. de senten. excommu. nicat.*

IO Fallentia.

Decimo fallit in casu *cap. ubi majus periculum. de elec. libr. 6.* ubi officiales Laici habent facultatem in Clericos, videlicet in Cardinales, & possunt auctoritate illius capitis ipsos includere juxta formam ibidem positam pro electione futuri Romani Pontificis.

II Fallentia.

Undecimo fallit ubicunque percutiendo Clericum quis non peccat mortaliter, sicut in puero qui non est doli capax, qui percutiendo non incidit, ut in *cap. 1. de sentent. excommunicat.* Et idem de fugiente inimicos, si equum vel ensen à Clerico violenter eripiat ut se defendat, quia hic cessat dolus, per consequens peccatum mortale, & excommunicatio non fertur nisi pro mortali, 11 *qu. 3. cap. nemo Episcoporum.* & sic non erit excommunicatus. *Clav. post Pet. de Perusio. in summa, verbo excommunicatio. 5. §. 25.*

Fallentia. 12.

Duodecimo fallit, ubi Laici capiunt Clericum de licentia vel mandato Prælati sui ad fines remittendi: quia tales non sunt excommunicati, ut in *cap. ut fama. de senten. excommu. nicat.*